

intra doctrinam Armille ver. Cattus, nom. i.  
quem sequitur Nauarrus in Manuali cap. 27.  
num. 252. Ut autem hec & quæ sequuntur  
facilius intelligatur aduertendum est ex doc-  
tissimo Nauarro in Enchiridione cap. 12.  
num. 63. dispensationem, commutationem  
& irruptionem inter se differre. Nam irrita-  
tio non aliam causam expostulat, quam vo-  
luntatem illius, qui ad irritandum habet fa-  
cultatem. Dispensatio vero, causam instanti  
& rationabile requirit: quia qui habet au-  
toritatem dispensandi, poterit omnino votum  
relaxare absque eo, quod loco voti aliquid  
iniugat videnti, & tunc tam videntis, quam  
qui dispensat manent in conscientia securi.  
Commutatio autem, vel redemptio voti exi-  
git, ut id in quod votum est commutandum,  
redimendum ve, & que bonum sit, aut melius,  
quam id quod voulit, tunc autem & que bo-  
num exigitur, tunc vero melius requiritur,  
quando sine aliqua causa sed solum exmerita  
voluntate est facienda commutatio, iuxta me-  
tem omnium, quam optime Cardinalis Ca-  
jetanus explicuit. Vnde infertur, cum qui ha-  
bet potestatem ad dispensandum & commu-  
tandum, posse parvum dispensando, .partim

vero